

LA CORONACION LITURGICA DEL REY EN LA EDAD MEDIA

Conocida es, por los tratados de instituciones monárquicas de las diversas naciones europeas, la manera de llevarse a cabo la sucesión de los reyes con actos solemnes, que ya desde muy remotos tiempos eran requeridos por la fuerza de las leyes y las costumbres de los pueblos, a la vez que confirmados por las prescripciones litúrgicas pontificias.

Muestra ejemplar de la importancia de tales actos fué brillantemente expresada por el cronista aragonés Jerónimo de Blancas y Tomás, en su obra *Coronaciones de los serenísimos Reyes y Reynas de Aragón*, y de su *Libro III de las Juras de los mismos Reyes y de los Príncipes primogénitos de Aragón*, escrita en 1583 (Zaragoza, Diego Dormer, 1641).

Según asevera Blancas, el Rey de Aragón Pedro II el Católico fué ungido y coronado por el Papa Inocencio III el 3 de noviembre de 1204, y en dicho acto tuvo principio el coronarse y ser ungidos los reyes de Aragón con las bendiciones y ceremonias ordenadas por la Santa Madre Iglesia. El mismo Pontífice concedió el privilegio de que dicho acto fuese celebrado en la Iglesia Catedral de la Seo de Zaragoza por manos del Metropolitano, que era entonces el Arzobispo de Tarragona.

Hay incertidumbre acerca de los actos de la coronación y de las ocasiones en que los reyes se coronaban, en la historia de los diversos reinos peninsulares en la Edad Media.

En 4 de julio de 1209, avistáronse cerca de Mallén (Zaragoza) los reyes de Navarra y de Aragón, y Pedro II empeñó

a Sancho VII el castillo y villa de Gallur en la cantidad de 20.000 maravedís de oro, como recurso obligado, ante la insuficiencia de las rentas ordinarias, para subvenir a los cuantiosos gastos de su coronación realizada en 1204.

De aquí surgió el llamado *Derecho de coronación*, que se cobraba de algunas poblaciones y de los hombres *de signo servicio*, denominados *villanos*. Al hecho de ser exigido ese tributo por monarcas que no se coronaban, contravino el acuerdo de las Cortes de Calatayud en 1461, exigiendo a los monarcas caución suficiente dentro del año en que habían de ser coronados, y sólo en estas condiciones les era dado el obtener el cobro del tributo ¹.

Reconocen los historiadores que en los siglos XI y XII la elevación de un Rey al trono se componía de dos actos distintos: la *unción* y la *coronación*, a las cuales acompañaba en ciertas ocasiones la *elección* en momentos y asamblea o reunión distintos de las primeras ².

Como fuente importante de información que comprende la totalidad de los referidos actos, debe ser considerado el Ceremonial romano ³, que puntualmente los describe:

«Ordo ad benedicendum regem quando novus a clero et populo sublimatur in regnum.»

Al salir el Rey de la cámara, comienza uno de los Obispos que asisten a la ceremonia recitando la siguiente oración:

«Omnipotens sempiterne Deus qui famulum tuum regni fastigio dignatus es sublimare, tribue quesumus ut ita in huius seculi cursu cunctorum in salutem commune disponat, quatinus a tue veritatis tramite non recedat.»

1. Blancas, *Coronaciones...*, págs. 1, 6, 10-12.

2. Luchaire, Achille, *Manuel des Institutions Françaises (Période des Capétiens Directs)*, pág. 458 (París, 1892).

3. "Caeremoniale Romanum". Ms. 678 (sign. ant. C-63) de la Biblioteca Nacional. 156 ff., 38 × 24 cms., caja de la escritura, 22 × 14 cms., 21 lín., bip., notación cuadrada. Letra del siglo XIV. Procede de la iglesia de Mesina y de la biblioteca de Felipe V. Cfr. J. F. Riaño, *Critical and Bibliographical Notes on early spanish music*, pág. 59 (London, 1887). Higinio Anglés y José Subirá, *Catálogo Musical de la Biblioteca Nacional de Madrid*, I, *Manuscritos*, pág. 98 (Barcelona, 1946).

Seguidamente, acompañan al monarca dos Obispos a derecha e izquierda, honoríficamente preparados y llevando pendientes de su cuello las reliquias de los Santos, con el santo Evangelio y dos cruces, y con incienso de excelente olor le conducen a la Iglesia cantando el responsorio:

«*Ecce mitto angelum meum Israhel si me audieris.*»

Y siguiéndole todo el pueblo, se detiene el clero junto a la puerta de la Iglesia, y el Arzobispo dice la siguiente oración:

«*Deus, qui scis genus humanum nulla virtute posse subsistere, concede propitius ut famulus tuus N. quem populo tuo voluisti perferri, ita tuo fulciatur adiutorio quatinus quibus potuit preesse valeat et prodesse. Per.*»

Y entrando en la Iglesia los clérigos en procesión digan:

«*Domine, salvum fac Regem.*»

Entonces, el Obispo Metropolitano recita esta oración:

«*Omnipotens sempiterne Deus celestium terrestriumque moderator, qui famulum tuum N. ad regni fastigium dignatus es provehere, concede quesumus ut a cunctis adversitatibus liberatus et ecclesiastice pacis dono muniatur, et ad eterne pacis gaudia te donante pervenire mereatur. Per.*»

Y una vez allí, delante del coro, el Rey deja el manto y las armas, y llevado de las manos de los Obispos al coro marcha majestuosamente hasta las gradas del altar; y cubierto todo el pavimento con alfombras y paños, allí, humildemente, permanece todo él postrado en cruz, en compañía de Obispos y Presbíteros que cantan la letanía de los doce Apóstoles y de otros tantos mártires, confesores, vírgenes; y, además, debía añadirse esto:

«*Ut hunc famulum tuum N. in regem eligere digneris, Te rogamus.*

Ut eum benedicere et sublimare digneris, Te rogamus.

«*Ut eum ad imperii fastigium perducere digneris, Te rogamus.*»

Y puesto en pie el Príncipe, es interrogado por el mismo Metropolitano:

«Vis sanctam fidem a catholicis viris tibi traditam tenere et operibus exercere?» «R. Volo.»

Preguntado :

«Vis sanctis ecclesiis ecclesiarumque ministris tutor ac defensor esse?» «R. Volo.»

Preguntado :

«Vis regnum tibi a Deo traditum et concessum iustitia regere et defendere?» «R. Volo. Et in quantum divino fultus adiutorio ac solatio omnium sanctorum valuero, ita me per omnia fideliter acturum promitto.»

Después, el mismo señor Metropolitano dirige al pueblo la palabra en esta forma :

«Tali principi ac rectori vos subicere ipsiusque regnum firmare, firma fide stabilire atque iussionibus illius obtemperare debetis, iuxta apostolum: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit regi quasi precellenti».

Y entonces, el clero y pueblo que asiste dicen unánimemente :
«Fiat, fiat. Amen».

Y después, inclinado devotamente el Rey, dice un Obispo la oración :

«Benedic, Domine, hunc regem nostrum qui regna omnium moderaris a seculo, et tali eum benedictione glorifica ut davitice teneat sublimitatis sceptrum, et glorificatus in eius protinus reperiatur merito, da ei te inspirante cum mansuetudine ita regere populum sicut Salomonem fecisti regnum optinere pacificum. Tibi semper cum timore sit subditus tibi que militet cum quiete. Sit tuo clippeo protectus cum proceribus, et ubique tua gratia victor existat. Honorifica eum pre cunctis regibus gentium. Felix populis dominetur et feliciter eum nationes adornent. Vivat inter gentium catervas, magnanimus sit, individue equitatis singularis protector. Locupletet eum tua providens dextera, frugiferam obtineat patriam et eius liberis tribuat profuturam, presta ei prolixitatem vite per tempora et in diebus eius iustitia oriatur et eterno glorietur in regno. Per.»

Omnipotens eterne Deus, creator omnium, imperator angelorum, rex regnantium dominusque dominantium, qui Abraham fidelem famulum tuum de hostibus triumphare fecisti, Moysi et Iosue populo prelatis multiplicem victoriam tribuisti,

humilemque David puerum tuum regni fastigio sublimasti, et Salomonem sapientie pacisque ineffabili munere ditasti, respice quos ad preces humilitatis nostre et super hunc famulum tuum N. quem supplici devotione in regem eligimus benedictionum tuarum dona multiplica, eumque dextere tue potentia semper ubique circunda, quatinus predicti Abrahe fidelitate firmatus, Moysy mansuetudine fretus, Iosue fortitudine munitus, Salomonis sapientia decoratus, tibi in omnibus placeat, et per tramitem iustitie inoffenso gressu semper incedat, ecclesiamque tuam deinceps cum plebibus sibi annexis ita enutriet ac doceat, muniat et instruat, contraque hostes visibiles et invisibiles eiusdem potenter regaliterque tue virtutis regimen amministret, et ad vere fidei pacisque concordiam eorum animos te opitulante informet, ut horum populorum debita subiectione fultus, condigno amore glorificatus ad paternum decenter solium tua miseratione consendere mereatur. Tue quoque protectionis galea munitus et scuto insuperabili iugiter protectus, armisque celestibus circumdatus, optabilis victoriae triumphum feliciter capiat, terroremque sue potentie infidelibus inferat et pacem tibi militantibus letanter reportet, per Dominum nostrum qui virtute sancte crucis tartara destruxit, regnoque diaboli superato ad celos victor ascendit, in quo potestas omnisque regni consistit victoria, que est gloria humilium et vita salusque populorum. Qui tecum».

A continuación, es recitada por otro Obispo la oración siguiente:

«Deus inenarrabilis auctor mundi, conditor humani generis, gubernator imperii, qui ex utero fidelis amici tui patriarche nostri Abrahe preelegisti reges seculi profuturos; tu presentem regem cum exercitu suo per intercessionem omnium Sanctorum uberi benedictione locupleta et in solium regni firma stabilitate connecte. Visita eum sicut Moysen in rubo, Ihesu Nave in prelio, Gedeon in agro, Samuelem in templo, et illa eum benedictione siderea ac sapientie tue rore perfunde, quam beatus David in psalterio Salomonem filium eius te remunerante percepisse decantet e celo. Sis ei contra acies inimicorum lorica, in adversis galea, in prosperis patientia, in protectione clipeus sempiternus, et presta ut gentes illi teneant fidem, proceres sui habeant pacem,

diligant caritatem, abstineant se a cupiditate, loquantur iustitiam, custodiant veritatem, et ita populus iste sub eius imperio pullulet coalitus benedictione eternitatis ut semper tripudiantes maneat in pace atque victores. Quod ipse».

Entonces son ungidas con el óleo sagrado las manos del Rey por el Obispo Metropolitano :

«Unguntur manus iste de oleo sanctificato unde uncti fuerunt reges et prophete, et sicut unxit Samuel David in regem. Ut sis benedictus et constitutus rex super populum istum quem dominus Deus tuus dedit tibi ad regendum et ad gubernandum. Quod ipse».

«Respice, omnipotens Deus, hunc gloriosum regem N. serenis obtutibus et sicut benedixisti Abraham, Ysaac et Iacob sic illum largis benedictionibus spiritualis gratie cum omni plenitudine tue potentie irrigare atque perfundere digneris habundantiam frumenti, vini et olei, et omnium frugum opulentiam ex largitate divini muneris longa per tempora tribue, ut illo regnante sit sanitas corporum in patria et pax inviolata sit in regno, et dignitas gloriosa regalis palatii maximo splendore regie potestatis oculis omnium fulgeat, luce clarissima clarescat atque splendore quasi splendidissima fulgura maximo perfusa lumine videatur».

«Tribue ei, omnipotens Deus, ut sit fortissimus protector patrie et consolatorum ecclesiarum atque cenobiorum sanctorum maxime cum pietate regalis munificentie atque ut sit fortissimus regum triumphator hostium ad opprimendas rebelles et paganas nationes. Sitque suis inimicis satis terribilis pre maxima fortitudine regalis potentie. Optimatibus quoque ac precelsis proceribusque ac fidelibus sui regni sit magnificus et amabilis et pius ut ab omnibus timeatur atque diligatur. Reges quoque de lumbis eius per successiones temporum futurorum egrediantur regnum hoc regere totum, et post gloriosa tempora atque felicia presentis vite gaudia sempiterna in perpetua beatitudine habere mereatur. Quod ipse».

Después, el Metropolitano unge con el óleo sagrado la cabeza, el pecho, las espaldas y ambas junturas de los brazos del Rey, y dice:

«Ungo te in regem de oleo sanctificato in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.»

«Spiritus Sancti gratia humilitatis nostre officio in te copiosa descendat, ut sicut manibus nostris indignis oleo materiali pinguescis exterius oblitus, ita eius invisibili unguedine delibutus inpinguari merearis interius, eiusque, spirituali unctione perfectissime semper imbutus, et illicita declinare tota mente et spernere discas, et utilia tue anime cogitare iugiter et optare atque operari queas. Auxiliante domino nostro Ihesu Christo. Qui cum».

«Oratio. Deus, qui es iustorum gloria et misericordia peccatorum, qui misisti filium tuum pretiosissimo sanguine suo genus humanum redhimere, qui conteris bella et propugnator es in te sperantium, et sub cuius arbitrio omnium regnorum continetur potestas, te humiliter deprecamur ut presentem famulum tuum N. in tua misericordia confidentem in presenti sede regali benedicas eique propitius adesse digneris, ut qui tua expetit protectione defendi omnibus sit. hostibus fortior. Fac eum, Domine, beatum esse et victorem de inimicis suis, corona eum corona iustitie et pietatis, ut ex toto corde et ex tota mente in te credens tibi deserviat, sanctam ecclesiam tuam defendat et sublimet, populumque tuum a te sibi commissum iuste regat, nullis insidiantibus malis eum in iniustitiam vertat. Accende, Domine, coreius ad amorem gratie tue per hoc unctionis oleum unde unxisti sacerdotes, reges et prophetas, quatinus iustitiam diligens per tramitem familiariter iustitie populum ducens, post peracta a te disposita in regna excellentia annorum curricula pervenire ad eterna gaudia mereatur. Per eundem».

«Deus Dei filius Ihesus Christus dominus noster, qui a Patre oleo exultationis unctus es, pre participibus suis ipse per presentem sacre unguedinis infusionem Spiritus Paracliti super caput tuum infundat benedictionem eandemque usque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quantinus hoc visibili et tractabili dono invisibilia percipere et temporali regno iustis moderaminibus exsecuto eternaliter cum eo regnare merearis, qui solus sine peccato rex regum vivit et gloriatur, cum Deo Patre in unitate.»

Después, el Rey recibe de los Obispos la espada, y queda en el entender de que con la espada recibe todo el reino que fielmente le ha sido confiado para regirlo con su obligación moral de conformidad con las palabras antedichas, diciendo el Metropolitano :

«Accipe gladium per manus episcoporum licet indignas vice tamen et auctoritate sanctorum apostolorum consecratas, tibi regaliter impositum nostreque benedictionis officio in defensionem sancte Dei ecclesie divinitus ordinatum, et esto memor de quo psalmista dicit: Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime ut in hoc per eundem vim equitatis exerceas, mollem iniquitatis conteras, potenter destruas, et sanctam Dei ecclesiam eiusque fideles propugnes atque protegas, nec minus sub fide falsos quam christiani nominis hostes execres ac destruas, viduas et pupillos clementer adiuves ac defendas, desolata restaures, restaurata conserves, ulciscaris iniusta, confirmes bene disposita, quatinus hec agendo virtutum triumpho gloriosus iustitieque cultor egregius cum mundi salvatore cuius tipum geris in nomine sine fine merearis regnare. Qui cum.»

Ceñido el Rey con la espada, recibe igualmente de los Obispos los brazaletes, el manto y el anillo, diciendo el Metropolitano :

«Accipe regie dignitatis anulum, et per hunc in te catholice fidei signaculum cognosce, quia ut hodie ordinaris caput et princeps segni ac populi, ita perseverabilis auctor ac stabilitor christianitatis et christiane fidei ut felix in opere, locuplex in fide, cum rege regum glorieris. Per eundem qui est honor.»

Después, recibe el cetro y el reino, diciéndole el ordenador :

«Accipe virgam virtutis atque equitatis, qua intelligas mulcere pios, terrere reprobos, errantibus viam pandere, lapsis manum porrigere, disperdasque superbos et relevas humiles, et aperiat tibi ostium Ihesus Christus dominus noster, qui de seipso ait: ego sum ostium; per me si quis introierit salvabitur; et ipse qui est clavis David et sceptrum domus Israhel, qui aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit. Sitque tibi auctor qui educit vinctum de domo carceris et umbra mortis, et in omnibus sequi merearis eum, de quo David propheta cecinit: Sedes tua Deus in seculum seculi, virga equitatis virga regni

tui; et imitando ipsum diligas iustitiam, et odio habeas iniquitatem, quia propterea unxit te Deus Deus tuus ad exemplum illus quem ante secula unxerat oleo exultationis pro participibus suis Ihesum Christum dominum nostrum.»

A continuación, el Metropolitano impone reverentemente la corona en la cabeza del Rey, diciendo:

«Accipe coronam regni que licet ab indignis episcoporum tamen manibus capiti tuo imponitur, quamque sanctitatis gloriam et honorem et opus fortitudinis expresse signare intelligas, et per hanc te participem ministerii nostri non ignores, ita ut sicut nos in interioribus pastores rectoresque animarum intelligimur, tu quoque in exterioribus verus Dei cultor strenuusque contra omnes adversitates ecclesie defensor, regni que a Deo tibi traditi, et per officium nostre benedictionis in vice apostolorum omniumque sanctorum tuo regimini commissi, utilis executor regnatorque proficius semper appareas, ut inter gloriosos athletas virtutum gemmis ornatus et premio sempiternae felicitatis coronatus, cum redemptore ac salvatore Ihesu Christo, cuius nomen vicemque gestare crederis, sine fine glorieris. Qui vivit et imperat Deus cum Deo Patre in unitate.»

Y al instante, el Metropolitano recita sobre el Rey la bendición, la cual debe ser también recitada en tiempo de sínodo:

«Benedicat tibi Dominus, custodiatque te et sicut te voluit super populum suum esse regem, ita in presenti seculo felicem et eterne felicitatis tribuat esse consortem. Amen.

»Clerum ac populum quem sua voluit opitulatione in tua sanctione congregari sua dispensatione et tua amministrazione per diuturna tempora faciat feliciter gubernari. Amen.

»Quatinus divinis monitis parentes, adversitatibus carentes, bonis omnibus exuberantes, tuo imperio fideli amore exequentes et in presenti seculo tranquillitate fruantur et tecum eternorum civium consortio potiri mereantur. Amen. Quod ipse per.»

Después, el Rey, ya coronado, es llevado honoríficamente, con intervención del coro, por los Obispos desde el altar hasta el trono, cantando el clero:

«R. Desiderium anime».

A continuación, dice el Metropolitano al Rey:

«Sta et retine amodo locum tibi delegatum per auctoritatem

Dei omnipotentis et presentem traditionem nostram omnium scilicet episcoporum ceterorumque Dei servorum; et quanto clorum sacris altaribus propinquiorem perspicias, tanto ei potius in locis congruis honorem impendere memineris, quatinus mediator Dei et hominum te mediatorem cleri et plebis permanere faciat.»

Hace sentar al Rey en este lugar el Metropolitano, diciendo junto a la sede:

«Oratio: In hoc regni solio confirmet, et in regno eterno secum regnare faciat Ihesus Christus dominus noster rex regum et dominus dominantium. Qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto.»

Entonces, da al Rey besos de paz. Y todo el conjunto de clérigos, en acción de gracias por tener tal soberano, con himnos sonoros cantan en alta voz:

«Te Deum laudamus».

A continuación, el Metropolitano celebra el acto con solemne procesión. Y sigue el orden de las misas, si ocurre en día de feria, y mejor y más honorablemente en día domingo:

«Oratio. Deus qui miro ordine universa disponis et ineffabiliter gubernas, presta quesumus ut famulus tuus N. hec in huius seculi cursu implenda decernat, unde tibi in perpetuum placere valeat. Per.

«Secreta. Concede quesumus, omnipotens Deus, in salutariis sacrificiis placatus ut famulus tuus N. ad peragendum regalis dignitatis officium inveniatur semper idoneus et celesti patrie reddatur acceptus. Per.

»Benedictio potestatis. Omnipotens Deus, qui te populi sui voluit esse rectorem, ipse celesti benedictione sanctificans eterni regni faciat esse consortem. Amen. Concedatque tibi contra omnes christiane fidei hostes visibiles victoriam triumphalem et pacis equitatisque ecclesiastice felicissimum te fieri longe lateque fundatorem. Amen.

»Quatinus te gubernacula regni tenente populus tibi subiectus christiane religionis curam custodiens, undique tutus pace tranquilla perfruatur et te in concilio regum beatorum collocato, eterna felicitate ibidem tecum pariter gaudere mereatur. Amen. Quod ipse.

»Ad completorium. Te, Domine, salutaris sacrificii tui famuli N. peccatorum maculas diluat et ad regendum secundum tuam voluntatem populum idoneum illum reddat ut hoc salutari misterio contra visibiles hostes reddatur invictus per quod mundus est divina dispensatione redemptus. Per.

»Alia Missa. Deus cuius regnum est omnium seculorum supplicationes nostras clementer exaudi et christianissimi regis nostri protege principatum ut in tua virtute confidens et tibi placeat et super omnia regna precellat. Per.

»Secreta. Sacrificiis, Domine, placatus oblati, pacem tuam nostris temporibus clementer indulge.

»Ad cor. Deus qui diligentibus te facis cuncta prodesse, da cordi regis nostri inviolabilem caritatis affectum, ut desideria de tua inspiratione concepta nulla possint temptatione muni-ri. Per.»

(Caeremoniale Romanum, ff. 130 v.-141. Letra del s. XIV. Ms. 678, = C-63, de la Biblioteca Nacional.)

Pedro LONGÁS BARTIBÁS